

interim sperant sustentacionem aliquam accipere. Nos autem eo potissimum animo in regnum nostrum revertimur, ut convocatis et congregatis undique christianorum auxiliis viribus omnibus hoc prosequamur negocium et pro christianitatis liberatione et corpus et animam et omnem coterie¹ nostre sacre potenciam exponamus. Quocirca nobis² quippe bonum valde ac laudabile videretur, quod ad³ partes illas, ubi premissa tractabuntur, vos quoque religionis vestre destinaretis nuncios, ne religio ipsa milicie Christi precipue dicata in procurando christianitatis bonum cuipiam⁴ fortassis tepida videatur. Dat. Constantinopoli, sub sigillo reverendissimi patris in Christo domini archiepiscopi Strigonensis cancellarii regni nostri propter absenciam sigilli regii, Novembris die XI. MCCCLXXXVI⁰.

1) So cod.; vielleicht ist 'corone' zu lesen.

2) 'vobis' cod.

3) 'ad ad' cod. 4) 'turpia' cod.